



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 50. In solio supremo ponitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](#)

dici Barianus voluit. Eodem die mane Sæcul. XIV.  
 quinque Cardinales, qui suis in domici- A.C. 1378.  
 liis permanserant, honorifica ei suffragia  
 gratulantes instabant, ut acquiesceret,  
 suadebantque, ut illos sex, qui hærerent  
 in castello S. Angeli, accerseret, quo plu-  
 res ipsum in sede Apostolica collocarent.  
 Rogatu Senatoris, Præfectorumque ur- L. 17.  
 banorum illi e castello in palatium delati  
 cum quinque cæteris ibi electionem ite-  
 rum majoris securitatis causa repetie-  
 runt.

## §. L.

*Urbanus VI in folio supremo po-  
nitur.*

Cum dein Archiepiscopum inter se con- n. 18.  
 fidere jussissent, Cardinalis Florenti-  
 nus eorum Decanus sermone habito, ex  
 formula illum oravit, ut consentiret. An-  
 nuit; & cantato S. Ambrosii hymno im- n. 19.  
 ponitur folio: rogatur, quod velit no-  
 men: Urbanum se nuncupat: salutatur  
 Papa: Cardinalis Verrucanus e fenestra  
 clamat: Annuncio vobis gaudium ma-  
 gnum: habemus Papam, qui se nominat  
 Urbanum sextum. Die sabbati 10 Apri- n. 20.  
 lis novus Papa his undecim Cardinalibus,  
 & Ursino, qui Romam redierat, stipatus  
 descendit in basilicam Vaticanam: ubi  
 ponti-

**Sæcul. XIV.** pontificia in cathedra principem ad aram  
A.C. 1378. considenti venerationem Canonici suam  
exhibebant. Canebatur solenniter hy-  
mnus Ambrosianus: Papa sacro privato  
intererat: tum fausta precatione popu-  
lum prosequebatur in loco, ubi Grego-  
rius XI id facere consueverat.

**Th. schism.** Papa Urbanus VI, dictus antea Bar-  
tholomæus Prignanus Neapoli patre Pi-  
fano, matre Neapolitana ortus, erat ce-  
leber Juris Canonici Doctor, modestus,  
pius, a studio sui commodi alienus, mer-  
catus sacrilegi hostis acerrimus, castita-  
tis, & justitiæ fervidus cultor: sed plus  
æquo nitebatur sua prudentia; & adu-  
latoribus nimis faciles præbebat aures.

**Ughel. to. 7.** Homines doctos, probosque amavit in-  
genue, ac pro viribus juvit. Cum ver-  
saretur Avenione, multa curiæ Romanæ  
munera obibat, agebatque multos per  
annos Cognitorem gratiarum singularium.

**Vitæ PP.** Quotidianus convictor, & a facello erat  
**p. 911.** Cardinali Pompejopolitano Petro Monti-  
racio Pro-Cancellario; quo absente tabu-  
lario sanctiori præerat. Renunciatus A-

cherontiæ Archiepiscopus, dein anno  
1376 Barium translatus, nunquam ibi  
adfuisse videtur. Sacrificabat quotidie:  
**p. 934. 938.** diu noctuque gerebat cilicum: præter  
jejunia præcepta per hebdomades anni-  
versariam Christi nascentis memoriam  
præcurrentes, & a Dominica, quæ Se-

xage-

xagesimæ nomen habet, tolerabat ine-  
Sæcul. XIV.  
diam. Quovis vespere, postquam cubi- A.C. 1378.  
tum ierat, curabat sacras sibi litteras  
legi, donec obdormisceret: ac nullum  
perdebat tempus. Erat crassus, ore  
fusco, statura brevi, & sexaginta circi-  
ter annos natus, quando in Papam ele-  
ctus est.

Undecimo Aprilis Urbanus VI inter  
Cardinales, Praefules, aliosque palmarum,  
& olivarum ramos distribuit ex more Pa-  
parum. Postridie sacrum funebre ritu  
solemni fieri jussit pro anima Gregorii XI  
antecessoris sui. Sequentे biduo cun-  
ctis Cardinalibus stipatus exiit, ut popu-  
lo, ac peregrinis religionis causa Romam  
delatis noxarum veniam largiretur. Die  
sacro coenæ Domini anathemata dixit  
assistente Cardinalium Collegio, accensos  
cereos pro more tenentium. Anniver-  
saria orbis redempti die interfuit officio  
divino in facello suo, & adoravit Cru-  
cem singulis cum Cardinalibus. Sabba-  
to sancto adfuit officio, & consecrationi  
cerei paschatis. Hanc totam per hebdo-  
madem præsente Papa diversi Cardina-  
les rem divinam fecere: ac singulorum  
nomina memorantur.

Papebr. p. 93  
n. 21.

§. L